PETRUS LOMBARDUS

Frankreich, 13. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26095
Copyright: Admont, Benediktinerstift

in omnibus fratribus qui sunt in macedonia omnibus. Rogamus autem vos fratres ut magis habundetis in caritate, et operam detis ut quieti sitis. et curiositate et nota et aliam operam detis. et difficile est dimittere consuetudinem. sed cogite vos, et ut unum negotium agatis dimissis alienis. et vobis utile est in emendatione vitae uestre. et operemini manibus vestris. et adiuuat vos quicumque est. illud enim malum exercitio venit, et habeatis tranquillitatem sicut precepimus vobis. et in operemini manibus vestris ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. et nullius aliquid desideretis. et in opus est agendum non otiandum. et quia honestum est. et qui iuxta ad infideles. et non desiderabimus rem alterius. nec autem rogamus ut tollatis aliquid. Volumus autem. post exortationem de continentia. et post correctionem a curiositate mortuos resurrecturos affirmat. et per resurrectionem. et sua auctoritate, et non solum hi predicta volumus vos scire. sed et nolumus vos ignorare tam de dormientibus. id mortuos. et resurrecturi sunt. nam et mortuos recte appellat dormientes. et qui dormientes. integri et vivi. de somno mortis resurgent. ut non contristemini in consolabilitate de morte amicorum. sicut et ceteri. id infideles. qui non habent spem resurrectionis. et incorruptionis etenim. Adhuc non vos apostolus. ut de mortuis karissimis. non contristemini. sicut et ceteri qui spem non habent. non autem tamen. ut non contristetis. sed addidit. sicut et ceteri qui non habent spem. id resurrectionis. Necesse enim est ut contristetis. sed non contristaris consoletur te spes. Nam id dormientes eos appellat. scripture assuetudo veracissima. ut cum dormientes audimus. vigilatos minime desperamus. Et sed de mortuis eis. quam tristitia. quam non natural. Mortem quippe horret natura. nec mors homini accedet. nisi culpa precedente. hinc necessitate est. ut illi lumus. qui nos morientes deserunt. quos amamus. et si nolumus eos in aeternum relinquere nos manserunt. sed aliquantulum predere secuturos. tamen mors ipsa quam natura refugit. cum occupat dilectum. contristat nos. ipsi dilectionis affectum. Contristamur et in omnibus mortibus. necessitate amittendi. sed cum spe recipienda. Inde angimur. hinc solamur. inde infirmitas afficit. hinc fides reficit. Inde dolet humana adversio. hinc sanat diuina promissio. Nonne autem post quam dominus flebit mortuum continuo eo iubente vivebant. Non mortuum flebat. quem per suscitaturus. sed mortem quam homo peccando contraxit. Siquidem peccatum non precessit

sed sine dubio mors secuta non fuisset. Secuta est et mors corporis. quam precessit mors animae. Mors animae precessit. deserendo deum. et mors corporis secuta est. deserente anima. hac deserente dominum volente. hac coacta est deserere corpus nolens. Ecce illi dicetur. Recessisti abeo. quem diligere debuisti. recede abeo. et quaeristi. Quis enim vult mori. Prorsus nemo. et ita nemo. ut petro diceretur. Alius te cinget. et ducet quo tu non vis. Si nulla est mortis amaritudo. nulla est mirum fortitudo. id non ait etiam. ut non contristemini. sed addit. sicut et ceteri qui spem non habent. Proinde pompa funeris. agmina exercitum. sumptuosa diligentia sepulturae. monumentorum opulenta constructio. vivorum sunt. quaeuacuae solatia. non adiutoria mortuorum. Omnibus vivis ecclesiae et sacrificio salutari et elemosinis. quae pro eorum spiritibus erogantur. non est dubitandum mortuos adiuuari. ut cum eis misericordia agatur a domino. quia eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum. immo sacra observat ecclesia. ut pro illis qui in communione corporis et sanguinis defuncti sunt. cum ad ipsum sacrificium loco suo commemoretur. oretur. ac pro illis qui id offerri commemoretur. cum vivis eorum commandorum causa. opa mite celebrentur. quibus dubitet suffragari. per quibus omnes deo non inanter erigantur. Hoc est ambigendum. ista peccata defunctis. sed talibus. qui ita vixerunt animorum ut possint eis hiscilia esse. Post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem. eique sacramentis. de corporibus exierunt. frustra illis. a suis huiusmodi pietatis impendunturs officia. cum dum hic essent. pignore caruerunt. vivimium thesaurizantes. sed. iam. Longe mortuis noua merita comparantur. cum per aliquid bonis operantur sui. sed eorum precedentibus. consecutia ista reddunturs. Non enim actum est. nisi cum habuerit detestissent. Ideo istam finem quisque ut iam. nisi quis meruerit in vita. non potent habere per istam. Permanentur itaque pia corda eorum. de suorum mortibus. contristari dolore sanabili. et consolabilem lacrimas fundant. conditione mortali. quas tamen reprimat. fidei gaudium. qua creduntur fideles qui moriuntur. aliquantulum a nobis abire. ad meliora transire. Sit puri bis. cura sepeliendi. et sepulcra astruendi. quia hinscriptuis scis. inde bona opa deputata sit. nec solum in corporibus. patriarcharum. et aliorum sanctorum. sed et in ipsis dominis corpe laudari sunt. qui ista

De pompis exequiarum

De adiutorio mortuorum

Quid prest et qui prest defunctis